

ET JURE MERETRICUM IN EUNDEM.

48

quod si meretrici pignus aliquod datum fuerit, ea tamen illud neque retinere, ut censet *Cynus in L. 2. C. de cond. ob turp. caus.* *Salycket. in L. ea quæs. C. de donat. ante nupt. aliquæ,* quia nullam justam causam allegare valet, ob quam pignus sibi retinere liceat; neque, ut illud redimat, contra donatorem agere possit: qui potius amasio, qui pignus dedit, facultas istud per vindicationem repetendi concedatur, non tantum ob dominium ipsi salvum *L. 35. §. 1. ff. de pigner. aet. sed etiam,* quod ille repetens nullam turpitudinem allegare necesse habeat, siquidem se unice fundat in Dominio suo. Et licet meretrix excipiat, quod sibi illud traditum sit in securitatem mercedis conventæ: actor tamen recte replicare potest, quod merces illa non debeatur; & hoc modo intentionem suam in nulla turpitudine fundatam jure optimò vuetur, *Paul. de Castro ad tit. ff. de cond. ob turp. caus. num. 8. seqq. add. Andr. Alciat. ad L. 20. ff. de V.O.* Neque Job stat factum *Jude* non modò pignus dantis, sed promissam etiam mercedem solventis. Uti enim magnum Jude probrum in eo versatur, quod ad solum conspectum ignorantiae sibi mulieris, cuius venustate formæ capi non poterat, instar equi ad equarum odorem adhinnientis, totus libidine accensus fuerit, nec dum provectior ejus ætas intemperantiae fervorem restrinxerit; ita nec error ejus ex neglecto studio honesti ortus excusandus venit; tantum vero abest, ut ex erronea ejus opinione quicquam concludere liceat *B. Dn. Brunnemann. ad d. L. 4. n. 21.* Ex præcedentibus denique haud obscurè collendum est, quantum tribuendum sit sententiæ *Covarruvia loc. supra alleg.* quam amplexus quoque est *Molin. de J. & f. Tractat. 2. Disput. 94. num. 12.* fornicatorem, qui cum meretrice sine prævia conventione de certa mercede solvenda rem habuit, à judice ad consuetæ mercedis solutionem, ex officio compellendum esse statuerint; eò, quod meretrix non censeatur gratis, sed pro consueto pretio copiam sui corporis fecisse, idque attendere debuisset fornicator. Quæ opinio, licet à dictis Doctoribus pro communi venditur; nullam tamen judicem tam impudentem, vel si mavis, imprudentem fuisse existimamus, qui eam calculo suo approbaverit unquam; nisi forte an è

G 2

Bar-

26